Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



neu sicut tuus punisit filius veritatis. Per eius
O diebus. Stans petrus Lcō actuum apl̄orum
cum undecim levavit vocem suam et locutus
est eis. Viri iudei et qui habitatis iheru universi. hoc
vobis notum sit et auribus percipite verba mea. Non
enim sicut vos estimatis hi ebrii sunt. cum sit ho
ra diei tertia. sed hoc est quod dictum est per prophetam
ioel. Et erit in novissimis diebus dicit dominus. effun
dam de spiritu meo super omnem carnem et prophetabunt
filii vestri et filie vestre et iuvenes vestri visiones vi
debunt. et seniores vestri somnia somniabunt
Et quidem super servos meos et super ancillas meas
in diebus illis effundam de spiritu meo. et prophetabunt.
Et dabo prodigia in celo sursum et signa in
terra deorsum. sanguinem et ignem et vaporem fumi
Sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem. ante
quam veniat dies domini magnus et manifestus. Et
erit omnis quicumque invocaverit nomen domini salvus
erit. Alleluia. Paracletus spiritus sanctus quem mittet pater in no
mine meo ille vos docebit omnem veritatem. Oratio
Deus qui ordinasti et mirabiles dens. ut spiritus san
ctus adventans templum nos glie sue dig
nanter habitando preparet. per eum. Lcō actuum apl̄orum
In diebus illis. Per manus autem apl̄orum fiebant
signa et prodigia multa in plebe. et erant omnes
unanimiter omnes in portico salomonis. Ceterorum
autem nemo audebat se coniungere illis. sed ma
gnificabat eos populus. magis autem augebatur mul
titudo credentium domino viorum ac mulierum.
ita ut in plateis eicerent infirmos. et ponerent